

INCIPIT EPISTOLA PRIMA SIXTI ROMANAE URBIS APOSTOLICI<sup>1</sup>.

[H. 1] Omnibus in deo patre et domino nostro Iesu Christo dilectis fratribus in caritate domini nostri Iesu Christi Sixtus Romanae<sup>2</sup> urbis archiepiscopus salutem.

5 Carissimi, fideliter agite in omnibus, ut fideles et<sup>3</sup> non infideles inveniimini. Nolite imitari malum, sed, quod bonum est, agite, quia, qui bene facit, ex deo est, qui autem male, non ex deo, sed ex diabolo est.

[H. 2] Fidem enim rectam vos tenere oportet, ut dissentientes<sup>4</sup> ab apostolica non sitis doctrina. Unum enim verum deum patrem et filium a<sup>5</sup> prophetis et apostolis ostendimus praedicatum, a quibus etiam spiritum sanctum credimus non esse discretum<sup>6</sup> Isaia propheta dicente: Ego sum 10 deus et non<sup>7</sup> alius praeter me. Et per meipsum iuro, quia exivit<sup>8</sup> ex ore meo veritas, et sermo meus non avertitur<sup>9</sup>, quia mihi inclinabitur omne genu<sup>10</sup>, et omnis lingua confitebitur<sup>11</sup> per dominum dicens: Iustitia et gloria ad eum veniet. Et ut in hoc testimonio patrem simul et filium fuisse cognoscatis, Paulum apostolum audite<sup>12</sup> dicentem: Ut in nomine Iesu, inquit, omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia<sup>13</sup> dominus Iesus Christus in 15 gloria est dei patris omnipotentis. Quod si secundum aliquos filius minor est patre suo, ergo minorata est et gloria patris in filio. Et ubi est, quod in Salomone scriptura loquitur dicens: Sicut etiam in conspectu eorum, inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te, sicut et nos cognovimus, quoniam<sup>14</sup> non est deus praeter te<sup>15</sup>, domine?

---

**Quellen:**

4: *Carissimi - inveniimini*, III Ioann. 5.

4-6: *Nolite - est*, III Ioann. 11.

8-57: *Unum - monstratur*, Idacii Clari lib. adv. Varimad. (p. 728). Cf. Pelag. I. pp. ep.

**Rezeption:**

7-57: *Fidem – monstratur*. Coll. Ans. ded. X,35.

---

<sup>1</sup> APOSTOLICI] APOSTOLICI DECRETA SIXTI V630

<sup>2</sup> rome VD38

<sup>3</sup> et non infideles fehlt I83

<sup>4</sup> am Rande discordantes VD38

<sup>5</sup> et I83

<sup>6</sup> am Rande separantur VD38

<sup>7</sup> non] non est V630; non est korr. aus non N442

<sup>8</sup> exhibit I83; VD38

<sup>9</sup> revertetur I83: avertetur VD38;VD38

<sup>10</sup> genus I83

<sup>11</sup> intravit O93; iurabit N442; I83; VD38

<sup>12</sup> audite fehlt I83

<sup>13</sup> quoniam O93

<sup>14</sup> quo V630

<sup>15</sup> te fehlt VD38

Diligenter attende et agnosce filium esse, qui<sup>16</sup> magnificabitur<sup>17</sup> in iudicio, dum venerit vivos et  
 20 mortuos iudicare. Item Isaias: Audite domus Iacob, et residui domus Israel, qui egredimini ex  
 utero et erudimini a puero usque ad senectutem. Ab initio ego sum et, quousque senescatis, ego  
 sum. Ego vos feci et ego sustineo, ego remittam, ego suscipiam, dicit dominus. Et iterum: Ego  
 sum dominus<sup>18</sup> deus, praeter me non est alius deus<sup>19</sup> annuntians novissima, priusquam fiant, et  
 statim consummata sunt. Item<sup>20</sup> <sup>21</sup> alibi<sup>22</sup>: Audi me, Iacob et Israel, quem ego feci. Ego sum<sup>23</sup>  
 25 dominus deus tuus, et non est alius praeter me. Item ibi: Ego sum dominus deus primus et ego  
 novissimus et in<sup>24</sup> ea, quae superventura sunt in novissimo, ego sum. Item ibi<sup>25</sup>: Ego sum deus,  
 qui te creavi<sup>26</sup>, qui te adiuvavi<sup>27</sup> et communivi<sup>28</sup> <sup>29</sup> dextera mea. Et unitatem patris et filii  
 assignans loquitur dicens: Ego testis vester, dicit dominus deus, et puer meus tu, quem ego elegi,  
 ut sciatis et credatis, quia ego sum et ante me non fuit alius deus et post me non erit. Unum  
 hi,  
 30 qui non sane<sup>30</sup> sapiunt, eligant e duobus<sup>31</sup>: aut fateantur<sup>32</sup> patrem et filium unum deum, aut, si  
 solum patrem deum esse contendunt, ergo illis dominus Iesus Christus deus<sup>33</sup> filius non erit<sup>34</sup>  
 deus, quia scriptum est: Ante me non fuit alius deus et post me non erit. Si secundum tales ita  
 est, cur apostolus talia praedicat et eundem filium deum super omnia benedictum insinuat?  
 Quorum patres, inquit, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus  
 35 in saecula. Item Isaias dicit: Dominus<sup>35</sup> deus Israel, qui liberavit eum de Aegypto. Ego sum  
 primus et ego post haec et praeter me non est deus, sicut ego sum, qui stet et vocet et  
 praeparet mihi, ex quo hominem feci in<sup>36</sup> saeculo. Item ibi: In te est deus et nesciebam<sup>37</sup>

<sup>16</sup> qui *korr. aus* quo *O93*; quia *VD38*

<sup>17</sup> magnificabimur *VD38*

<sup>18</sup> deus *I83*

<sup>19</sup> deus *fehlt I83*

<sup>20</sup> *am Rande* in eodem propheta *VD38*

<sup>21</sup> Item alibi: Audi me, Iacob et Israel, quem ego feci. Ego sum dominus deus tuus, et non est alius praeter me.  
 Item ibi: Ego sum dominus deus primus et ego novissimus et in ea, quae superventura sunt in novissimo,  
 ego sum *fehlt V630*

<sup>22</sup> ibi *VD38*

<sup>23</sup> sum dominus *korr. aus* sum *VD38*

<sup>24</sup> *am Rande* super *VD38*

<sup>25</sup> alibi *V630*

<sup>26</sup> creavit *VD38*

<sup>27</sup> adiuvi *N442*; *I83*

<sup>28</sup> *am Rande* circumdedi *VD38*

<sup>29</sup> commonivi *O93*; commovi *V630*

<sup>30</sup> *am Rande* recte *VD38*

<sup>31</sup> duobus *korr. aus* duobis *N442*

<sup>32</sup> *am Rande* manifestantur credant *VD38*

<sup>33</sup> dei *I83*; *VD38*

<sup>34</sup> est *VD38*

<sup>35</sup> Deus *VD38*

deus<sup>38</sup> et non est alius deus praeter te. Tu enim es deus, et nesciebamus deus Israel salvator. Unus deus, non<sup>39</sup> sunt pater et filius, qui est hic<sup>40</sup> deus, in quo es<sup>41</sup>, dicitur deus pater, quem alium deum non esse propheta saepe numero<sup>42</sup> protestatur? Et Hieremias: Hic<sup>43</sup> deus noster, ait, et non applicabitur alter ad eum, qui invenit omnem viam scientiae et dedit eam Iacob puero suo et Israel dilecto<sup>44</sup> suo. Post haec in terris visus est et inter homines conversatus est. Et in Salomone habetur: Miserere nobis, deus omnium, et ostende nobis lumen miserationis, et immitte timorem<sup>45</sup> tuum super gentes, quae non exquisierunt te, et cognoscant, quoniam<sup>46</sup> non est alius deus<sup>47</sup> nisi tu. Item ibi: Domine deus Israel, non est tibi similis in caelo sursum, neque in terra deorsum. Et in psalmo septimo decimo: Quoniam quis deus praeter dominum aut quis deus praeter deum nostrum. Et in Geneseos<sup>48</sup>: Et pluit dominus a domino ignem et sulphur super Sodomam et Gomorram et evertit<sup>49</sup> civitates illas. Si solus pater deus est, quis pluit ignem et sulphur a domino supra<sup>50</sup> praedictas civitates, vel<sup>51</sup> eas everteret<sup>52</sup>? Quaeso<sup>53</sup>, responde. Et in Deuteronomio: Dominus solus deducebat eos et non fuit cum illis deus alienus. Et Paulus apostolus: Unus deus, qui iustificat circumcisionem ex fide et praeputium per fidem. Et ad Corinthios: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et iterum: Non est deus nisi unus. Et ad Galathas: Mediator autem unius non est, deus autem unus est. Et unitatem patris et filii et spiritus sancti demonstrans Ephesiis<sup>54</sup> scribens ita confirmat: Sufferentes<sup>55</sup> invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae, unus dominus, una fides, unum<sup>56</sup> baptisma, unus deus. Si enim non sane<sup>57</sup> sapientes unitatem fidei voluerint<sup>58</sup> simpliciter<sup>59</sup> corde recipere<sup>60</sup>, ex<sup>61</sup> hoc itaque testimonio in

---

<sup>36</sup> in] in hoc N442; I83; VD38

<sup>37</sup> nesciebamus] nesciebamus tu es VD38

<sup>38</sup> deus *fehlt* I83

<sup>39</sup> nisi N442

<sup>40</sup> hic *fehlt* I83

<sup>41</sup> est I83; VD38

<sup>42</sup> numero] numero singulari VD38

<sup>43</sup> Hic] hic est VD38

<sup>44</sup> dilecto *korr. aus* electo O93

<sup>45</sup> timore O93

<sup>46</sup> quia V630

<sup>47</sup> deus *fehlt* I83

<sup>48</sup> genesi I83

<sup>49</sup> *am Rande* subvertit destruxit VD38

<sup>50</sup> super I83

<sup>51</sup> ut V630

<sup>52</sup> everterit N442; avertit I83; evertit VD38

<sup>53</sup> *am Rande* rogo VD38

<sup>54</sup> Ephesis O93

<sup>55</sup> *am Rande* sustinentes VD38

<sup>56</sup> unam VD38

<sup>57</sup> *am Rande* recte VD38

uno spiritu poterunt<sup>62</sup> simul patris et filii unitatem condiscere<sup>63</sup>. Patrem<sup>64</sup> igitur, ut superius  
 55 comprahensum est, in divinis litteris genitum proprie positum nec<sup>65</sup> legere possunt penitus<sup>66</sup> nec  
 probare. Sed quia id ipsum fides exigit<sup>67</sup> 68 christiana absque ulla dubitatione ingenitus creditur,  
 qui tamen secundum seriem<sup>69</sup> scripturarum in filio a se genito visus esse monstratur.  
 [H. 3] De<sup>70</sup> cetero placuit propter malorum hominum infestationes<sup>71</sup>, ut in accusatione domini  
 ministrorum primo persona, fides, vita et conversatio blasphemantium enucleatim<sup>72</sup> perscrutetur.  
 60 Nam fides omnes actus<sup>73</sup> hominis praecedere<sup>74</sup> 75 debet, quia dubius in fide infidelis est, nec eis  
 omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectae conversationis vitam ducunt<sup>76</sup>,  
 quoniam tales facile<sup>77</sup> et indifferenter<sup>78</sup> lacerant<sup>79</sup> et criminantur recte<sup>80</sup> et pie viventes. Ideo  
 suspicio eorum discutienda<sup>81</sup> est primum et corrigenda<sup>82</sup>. Neque accusatoribus suspectis vel de  
 inimicorum domo prodeuntibus<sup>83</sup> est credendum.  
 65 Erant enim quidam, qui prius videbantur esse ex nobis, sed non erant ex nobis. Si vero essent

---

### Quellen:

58-63: *De - corrigenda*, c. 3. Angilr. (Ben. I. 393, Xysti Pyth. s. 156. 5, Ben.I. 335). Cf. Iul. 12.

63f.: *Neque - credendum*, Ennod. apol. (p. 327.) aut. Ben. add. III. 15. Cf. Marcelli 11, Iul. 12. (Symm. syn. V., Ioh. I. pp. ep. 1).

65-67: *Erant - eorum*, Flaviani episc. Constant. ep. 1. ad Leon. M. c. 2. vers. recentioris (Leon. M. op. ed. Ballerin. 1, 752). Cf. Lib. 2, Anast. I. pp. ep. 1.

### Rezeption:

58-64: *De - credendum*: Anselm v. Lucca III,55; Polycarpus V,1,7.

63f.: *de - prodeundum*: Deusdedit IV,313 (s. auch 2. Brief Sixtus' I. 25f.).

---

<sup>58</sup> voluerit I83

<sup>59</sup> simplici corde] simpliciter de N442; simpliciter I83; VD38

<sup>60</sup> derecipere N442; desipere I83

<sup>61</sup> ex fehlt V630

<sup>62</sup> poterunt korr. aus poterint N442; V630; poterit I83

<sup>63</sup> am Rande simul discere VD38

<sup>64</sup> Pater VD38

<sup>65</sup> nec legere korr. aus negligere V630; negligere O93; I83

<sup>66</sup> am Rande omnimodo VD38

<sup>67</sup> am Rande postulat VD38

<sup>68</sup> exegit O93; I83

<sup>69</sup> am Rande ordinem VD38

<sup>70</sup> am Rande De accusatoribus dei ministrorum I83

<sup>71</sup> am Rande persecutiones perturbationes VD38

<sup>72</sup> am Rande manifeste VD38

<sup>73</sup> am Rande opera VD38

<sup>74</sup> am Rande superat VD38

<sup>75</sup> praecedere debet] praecedit VD38

<sup>76</sup> dicunt VD38

<sup>77</sup> facile et korr. aus facile V630

<sup>78</sup> am Rande sine differentia VD38

<sup>79</sup> am Rande affligunt VD38

<sup>80</sup> recte korr. aus recte p I83

<sup>81</sup> am Rande inquirenda VD38

<sup>82</sup> am Rande emendanda VD38

<sup>83</sup> am Rande exeuntibus VD38

ex nobis, mansissent utique nobiscum et non conturbassent fratres. Exacuerunt<sup>84</sup> enim, ut ait propheta, linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum. Quapropter hi respuendi sunt, si<sup>85</sup> incorrigibiles apparuerint, et vitandi, ne domino decipiant famulantes<sup>86</sup>. State ergo, dilectissimi, super vias aspicientes et interrogantes de semitis domini antiquis et videte, 70 quae est via bona et recta, et ambulate in eam<sup>87</sup> et invenietis requiem animabus vestris. Data XVI Kal. Maii sub Adriano et Vero<sup>88</sup>.

---

### Quellen:

69f.: *State - vestris*, Martin. I. ep. encycl. (Mansi 10, 1182). Cf. Ant. 4, Lib. 2.  
70f.: Nota consul. desumt. ex c. 1. vita Xysti in libr. pontif.

---

<sup>84</sup> Exacuerunt *korr. aus* Exacuerint V630

<sup>85</sup> si incorrigibiles] sibi corrigibiles I83

<sup>86</sup> *am Rande* servientes VD38

<sup>87</sup> ea N442; I83; VD38

<sup>88</sup> Vero] vero vv. cc. cons. N442